

## EXERCITATIO XLVI.

307

nationis distinctio in Cartesiana Philosophia alicubi occurrit. At satis nunc exemplorum est.

## EXERCITATIO XLVII.

*Qui negat aliquid ab alio realiter distinctum esse, non ideo illud nihil esse statuit.*

1. **Q**uare Calumniatores Cartesio affinxerint, quod neget accidentia, quòd realitatem eis adimat, duæ sunt causæ præcipuæ, una, quòd realitatem pressè sic appellatam, quam accidentibus solam denegamus, à realitate in genere ( prout ad omne quod aliquid est & non omnino nihil sese extendit ) distinguere neglexerint, cui neglectui in præcedentibus obviam est itum: altera, quòd subdolè lectoribus suis persuadere studuerint, id nihil omnino esse, quod ab alio realiter diversum non est.

2. Cartesius quippe non solet uspiam sine magna ratione distinguere, nec majorem distinctionem facere, quàm res ipsa clarè percepta postulat, passim observans decantatum illud Philosophorum axioma: *entia non esse temerè multiplicanda*. Inde est, quòd accidentia à substantiis realiter distingui ne-

V 2

get,